



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Ioannes Petrus Guisanus n. 75

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

*Apostolino-  
fisi facu-  
di, & Ca-  
thol. fidei  
defensores  
acerrimi.*

*Charitate  
pleni, ma-  
gna doctri-  
na exorna-  
v. &c.*

*Quamgra-  
ta Deo  
Iesuitici  
Collegij  
fundatio.*

*Societas  
sub IESV  
Nomine  
prædesti-  
nata.*

*Fortibus  
militibus  
gloriosa.  
Nah. 2. 1.  
& 3.*

74. \* A IOAN. BAPT. GALLO Scriptore graui, qui tanti faciebat Societatis homines, ut eos non vereretur vocitare, Apostolos nostri saeculi, & fidei Catholicæ defensores. Ita apud Euseb. in vita parua S. Ign. cap. 22. fol. 115.

75. \* A IOAN. PETRO GVISANO Historiographo notissimo, Societatis homines appellante, Charitate plenos, magna doctrina, prudentiaque exornatos, ardenterissimos in Confessionibus audiendis, ac in omni Ecclesiastico ministerio efficaces. Sic Ibid. cap. 40.

76. A DOMINICO LEITANO Viro nobili ac pio Lusitano, qui Burdigalæ Infantis Cardinalis Henrici negotia procurabat: is cum perfamiliariter vteretur Francisco Baulono Burdigalensi Senatore, nulla sobole prædicto, auctor ei fuit, ut Collegium Societatis Burdigalæ fundaret, afferens, Non posse gratius Deo rerum, quas vellet, nollet, abiens è vita relicturus esset, Sacrificium facere; neque posse solertia in sempiternum sibi quaestum peritura vertere: nec denique aliter posse melius in omnem posteritatem de Patria sua mereri, ijs præsertim temporibus, quæ Religiosorum talium auxilia flagitarent. Ita Par. 3. Hist. Soc. lib. 8. n. 239.

77. AB AND. SEMPLE DE TOBAR Nobili Matritensi, ac scriptore in vulgari idiomate non vulgari, qui in suo Tomo de Advent. & de sanctis in sermone ultimo Circumcisionis, agens de IESV Nominis impositione in Societatis IESV laudes quam fuisse discurrit in toto §. 5. Et in primis (aut) IESV Nomen stemma electorum, ac prædestinatarum est, secundum illud Bedæ, Huius autem Nominis etiam electi in sua spirituali circumcisione participes existere gaudent. Erunt ergo electi, ac prædestinati à Deo Iesuitæ: quorum gloriosam familiam è fortibus militibus, & sub IESV signo, pro Dei gloria contra Satanam debellantem describit prophetice Nahum Propheta cap. 2. 1. Ascendit, qui disperget coram te, qui custodiat obsidionem, clypeus fortium ignitus. Vbi Rupert. Horum fortium Clypeus verbi Dei, verbum Dei est, & clypeus utique ignitus.